+

91C

Turzanski Styborak Filia Consors vero suprascripti Nobilis Stephani Winnicki Recognoscentis legitima cum eiusdem Mariti sui ibi tutoris coniugalis personali assistentia et ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu sana mente et corpore existens a terris Districtibus iuribus Iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa de iure suo infrascripto Reformatorio quoad sortem suprascriptam bonorum per praefatum Maritum suum obligatam spectat et pertinet consentit eandemque Inscriptionem obligatoriam modo praemisso per praenominatum Maritum suum factam et recognitam approbat confirmat et ratificat Super vero alia bona eiusdem Mariti sui haereditaria et aliaquaevis hocidem ius suum reformatorium plenarie in toto sibi reservavit. Haec sua personali Recognitione ad praemissa mediante.

9/x

1659

Actum in Castro Premysliensi Feria Quinta post Festum Sancti Francisci Confessoris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono.

Zamoyski Jaworskie Obligat.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Zacharias Zamoyski sanus mente et corpore existens a terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit.

Quia

Quia ipse bona sua propria et hæreditaria Nempe Cwiercz pola od Siele:
cki granice do granice Niedzwiedzkiey inter metas Nobilis Joannis Popiel
ab una et sui Recognoscentis ab altera partibus in bonis Villæ Stupnica
Terræ et Districtu præsenti Premysliensi consisten: et iacen: Cum omni præ:
missorum Iure Dominio proprietate titulo[que] obligatario Cum[que] omnibus
et singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus reditibus
commodis emolumentis obventionibus attinentys et pertinentys gene:
raliter Universis Nullis exceptis nec ... ... aut quopiam alio
reservatis sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generi per
speciem et e contra in nullo derogando Verum et à late longe circumfe:
rentialiter prout præfatorum bonorum hæreditas se in suis metis et limiti:
bus ab antiquo extendit et protenditur et prout eadem bona ipse met
Recognoscens tenuit habuit possidebat ipsius[que] conservabant ac eidem
serviebant Jam ex nunc et de facto Nobili Paulo Jaworski Batowicz et
ipsius posteris in summa Centum Triginta florenorum polonicalium ex nunc
per se Recognoscentem de manibus eiusdem Nobilis Jaworski levata
et percepta de quibus præsentibus quietatur. hinc et ab hinc a festo Ven:
sancti Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate ventur:
et in desectum ... exemptionis bonorum eorundem summæ supra
scriptæ Centum Triginta florenorum polonicalium totalis et integræ
exolutionis Extunc ad aliud simile festum Conversionis Sancti Pau:
li Apostoli per annum proxime tunc venturo cadens et sic conse:
quenter de anno ad annum festo ad festum anni et festis se se
Continue et immediate sequentibus usque ad Exemptionem bonorum
eorundem summæ[que] suprascriptæ Centum Triginta florenorum polonicalium
totalem ac indivisam persolutionem obligavit inscripsit et inua:
dinavit prout obligat inscribit et inuadinat per præsentes Jam ex nunc
et de facto eidem Recognoscens Coram officio præsenti eidem obligatario
suo et ipsius posteris in eadem bona suprascripta liberum admittit
realem intromissionem et actualem pacificam possessionem per Nobilem
quemcunq[ue] Competentem et Nobiles duos die quacunq[ue] voluerint offere
acceptandam Per ipsum obligatarium suum et eius posteris bona eadem
obligata cum Universis eorum utilitatibus et Usufructibus tenendi habendi
et possidendi

illiusq[ue] pacifice et quiete utifruendi ac ad suos suorumq[ue] Succ[esso]rum quorumlib[et]
beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi modo ac iure
obligatario debebit et tenebitur inratus. Recognoscens Nobilis Zacharias
Zamoyski pro se ac suos Succ[esso]res in et super bonis suis gnli omnibus summisq[ue]
quibusuis pecuniarijs habitis et habendis praefato Nobili Paulo Jaworski Ba-
lowicz obligatario suo inscribit et obligat praesentibus Eundem Nobilem Jawor-
ski et eius Succ[esso]res in dictis bonis praesentibus inuadeatis et ratione eorundem
bonorum ab omni et quavis impetitione iuridica quorumcunq[ue] personarum cu-
iuscunq[ue] Conditionis status et sexus cuiusuis existentium exonerandi ... ad exem-
ptionem bonorum praefatorum obligatorum et summae suprascriptae Centum
Triginta florenorum polonicalium totalem et integram persolutionem in omni
Iudicio et officio Regni toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere
re intervenire et liberare indemnemq[ue] cum posteris reddere Nec non
bona praefata tam in toto quam in parte ab omnibus in genere ...
et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super bona eadem praemissaq[ue]
omnia praesentibus inuadiata cuiuscunq[ue] personarum modo quovis factis et
faciendis tum etiam a quibusuis ... in eadem bona importatis et
importandis Litis denique et pertinentiis processibusq[ue] iuris quibusuis in quo-
uis iudicio et officio regni obtentis et obtinendis super eadem bonis per-
ductis et perducendis in quouis puncto et gradu iuris dependentibus emun-
dare et liberare mundaq[ue] et libera semper facere ac etiam Intromissi-
onem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo bonorum prae-
fatorum dum per Ministerialem et Nobiles officiendo requiretur non denegare ...
debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere ...
et admissa eadem possessionem et usumfructum praemissorum omnium
quouis modo tam per se quam per suas quasuis subditos et subordinatos
personas non adimere nec impedire ipsumq[ue] obligatarium suum et eius
Succ[esso]res in eidem bonis tam in toto quam in parte non inquietare ...
eadem bona praemissaq[ue] omnia praesentibus obligata cum universis eorum
appertinentiis idem obligatariusq[ue] cum suis posteris quiete et pacifice prae-
sentis Inscriptionis obligatoriae vigore tenere habere et possidere queat usq[ue]
ultimam post... ad exemptionem eorundem bonorum summaeq[ue] suprac-
scriptae Centum Triginta florenorum polonicalium totalem ac indivisam persolutionem

Idq[ue] sub

Ideq sub Vadio similis summae suprascriptis Centum Triginta florenorum
polonicalium per eundem Recognoscentem seu eius Successores praefato
obligatario suo aut eius posteris ob non completionem promissionum omni
um et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit
ad soluendum succumbendo Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad soluendum
succumbendo ac re aliqua principali ex promissis non completa complendis
Status eius memoratus Recognoscens Nobilis Zacharias Zamoyski seu
eius Successores Ad instantiam Nobilis Pauli Jastrowski [illegible] obligac-
tarij sui vel eius posterorum ad officium praesens Castrense Capitanea-
Premysliense extunc recessu suprascripto quoad respondendum [illegible]
citat mediante semper vi primo factorum termino tanquam perentorio
stare cum parere respondere Vadium praetactum luere de inscriptioni
praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur.
seq. ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus.
Eundem Terminum primum perentorium ut et alios omnes exinde
Consequentes cuius eiusdem terminos semper peremptorios Vera
infirmitate pro maiori minorennitate successionis legationis intra
vel extra regnum servitio militari ad munimenta ad [illegible]
vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non deferendo
ad quaestionem praeterea ultra praedictos officij praefati Castrensis Premys-
liensis terminos dilationem sibi non recipiendo Nullas Motiones ap-
pellationes ac earum prosecutiones faciendo ac promissa omnia [illegible]
nis simplicibus vel triplicibus exceptionibus suspensionibus fatalijs [illegible]
Conscriptione terrestri bello [illegible] ac alijs quibusuis iuris reme-
dijs ac defensis non subterfugiendo nec quouis alio modo evadendo
Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa mediante.

Zurowska Brzescianski Cedit.

Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus Castren Capitanealibus
Premysliensis Generosa Anna de Roznow primarum olim Generosi Joannis
Gurski ad praesens vero secundarum Nuptiarum Generosi Stanislai Zu-
rowski Consors legitima cum eodem Marito suo uti Tutori Con-
non Generosorum Joannis Baranowski et Martini P